uioni tradim / scripsit ysa
ias visionez sua / ob eternā
memoriaz / dicens / visio ysa
ie / quā vidit sup iudam et
Irlm / **S**arban / et nos fra
tres km / in cordibus nris
visionez hanc / quā vidit
dñs ihus / sup discipulū et
matrē / qd si aduertim / tā
oculis qd cordibus / valde ē
medicinalis / quia qz emz
habetis oculos sublimes /
nūcios vanitatis / et supbie
visionez hanc / debetis fre
quēter ad mentē reducere /
qua inclinato capite / mūdi
dñs / ad mīrē / astantez / ape
ruit oculos luidos / et se
no mortis / p̄m quos / Vos
quoq; / qui oculos turbule
tos et obliquos habetis /
ex inuidia ul' muidia / vi
sionis huius / recordamini / qd
inocens dñs / nō crucifixo
res suos / maligne / s; mīrē
sua benigne / legit / insper
isse / ipē / qui oculis sinceris
mīrē vidit / morietez / astantez
patibulo / ipē est / qui ipudi
cos intuitus / luce clara re
spicit / i angulo / Cūq; igit
suasio dyabolica / carnis p
ua titillano / fortasse / oculū
ipudice / apere voluerit / ob
reuerētiā / huius gloriose v
ginis et femie / desistite / qm

filius suus turbatis oculis
 vidit: stans in cruce et illa
 omnia illa considerante attē
 dentes vobis metipis interī
 legite illud cantuarū cāticōz
 si ipse stat post pauetēz re
 spiciens p̄ fenestras respici
 ens p̄ cancellos. **C**ū igit̄ ut
 didicū est saluator m̄ mo
 riens de cruce m̄rēz vidit
 et discipulūz stantez quez
 diligebat quia azailo autē
 ne se ipm̄ **J**ohes exprimit
 quid dixerit audiam. **S**eq̄
 tur dixit m̄rē sue mulier et
 ce filius tuus mulier hoc no
 me est sexus **C**ōruptōnis
 si nōne dñs a recessu e
 rat a m̄rē q̄re ḡ eā filiā
 ruis alloquit̄ salte in hoc
 fine ut vocet m̄rēz si ap
 pellauit mulierēz **S**ed aliqd̄
 est hic qd̄ valde nōre debe
 m̄ fere em̄ dñs ubiq̄z femi
 neuz genus alloquens hor
 cōi v̄tat̄ nōre in tantūz q̄ il
 lam regināz femīaz q̄ oīz
 creaturaz nō nisi mulierēz
 appellasse legit̄. **T**aro autēz ul
 nusq̄ eandēz dilectāz m̄rēz
 familiariter alloqui iuēnt̄
 si q̄ ad ext̄m̄oz durus affi
 tur illaz dices quid m̄ et tibi
 est mulier quia i re in m̄iaz
 affectōnez et intempatāz af
 fabilitatez ad p̄ntes et cō
 sanguineos carnales dissua
 det qui obeduit ven p̄fecti
 animi naturāz sup̄antez
 virtute erubescat ḡ effemi
 nata virilitas in tantūz defi
 cere ut mulierulaz que ad
 se nil p̄tinet exquesitis qui
 busq̄ blandicijs et alloqui

is attrahere velit quā virgi
 nitate contēpneze debu
 it tūz vir ille qui mūdūz por
 tat et ad p̄uaz m̄rēz nusq̄
 affabilitate habuisse legit̄
Sequit̄. **E**cce filius tuus
 stus qui de; es dñe si tamē
 aliquitūz michi loqui lice
 at ad te de hac finali cōmē
 datione m̄rēz tue qz valde mi
 rabile videt̄ vidisti eā az
Johāne et dicit ecce filius
 tuus nos certe scripturis
 nō inuenim̄ tales aliquādo
 fuisse tue visionis seq̄tes
 vidisti petru; et andrea; et wo
 casti eos vidisti publicanū
 et wocasti eū dicens seq̄re
 me tūc autēz vidisti m̄rēz
 et tradidisti eaz alterz
 ruz assignans loco tui dices
 ecce filius tuus ad discipulū
 autēz ecce m̄rē tua quid est
 hoc dñe ihu fons a mestoz
 semp̄ consolator ista sola ē
 sup̄ mortales que te nūq̄
 offendit ista est que a p̄
 mo descensu tuo in hunc
 mūdūz inseparabiliter tibi
 adhesit et ecce tu mūdū de
 relinquis a redis ad patre;
Quid cōmisit dñe ut nō
 assūmis eā teuz egrēdiat̄
 teuz ecce em̄ latrone p̄
 scelerā suspensuz assūmis
 teuz dices hodie meū euz
 i paradiso quomō ḡ pie dñe
 m̄rēz tuā in exilio derelm
 quis que dignior est padi
 so q̄ latro i mo dignior q̄
 om̄is homo et ne hoc tibi
 sufficiat alū quē dāz m̄ di
 cas filūz dicens ecce filius
 tuus si et tu virgo factissā

no

no by

no

no

no

quid inter hec omnia fecisse.
credenda es/sam? qd vnus
quisq; id quod sibi de nouo
datur/ intueu solet/ nūq; et
nō respexisti istuz nouu fili
um/ qui tibi dabat/ certe cre
do qd sic/ si oculis valde laari
mosis. et singultibus pfin
dis. **I**pe quoq; discipul⁹ te
nouaz mtrē. nō inmerito
respexit/ ad hoc siquidē ut
q; vrm intuebat/ crucifixū.
cu; diceret. ecce filius. ecce
mtr. **V**os estis enī cherubim
pductiles/ qui se mutuo re
spiciebant. vtriusq; vultib⁹.
ad pncatoruz/ qz vos etiā
muerē turbamī/ et siml' ut
opinor/ lacrimis i medio stā
tez crucifixuz/ aspectu colū
bino respexistis/ in hoc solo
vos discrepare video/ ab ill'
antiquis cherubim/ quos qu
dam salomon. iuxta archaz
constituit/ q; videlz illi/ pedes
habuerūt eleuatos q; ad iu
bilanduz/ **V**os a iubilo nūc
longe existentes/ vultus h
habens suffossos/ p tristitia
grulosos/ lacrimis plenos/ et
inclinatos. **V**t enī mteri si
leam pma de discipulo/ cu;
mater materno affectu p
lena/ quales fuerūt lacime
obscuro tue/ cū audires ex
ore moruentis ihu/ mlier. et
ce filius tuus/ cū atapes f
uū p dno/ discipulū pro ma
gistro/ piscatores pro deo/ cō
sanguineū pro vngento/
Iohēz p ihu xpo/ quid hoc au
dies dixisti/ sanctissima vgo
heu nescio quid dixeris/ si
sao. quid dicere potueris po

tusti quezuloza voce nō ime
rito dicere. **O** flebile can
buz/ o vos omīs qui pia ge
statis viscera. attendite/ qz
ihis meus quē genuit/ recedit
a me/ et in spē illa mortali
faciē illā m dilecti filij/ nō cō
templabor amplius/ et ecce
alius filius. quē tradidit
pro se/ clara intuens luce.
deprehendimō esse meuz
quē genuerā. **N**on ē filius
meus iste qui stat iux me
si qui pendet ante me/ non
iste me/ est/ qui hic stat san?
si iste qui stat confixus/ hui
dus et ex sanguis/ i pncio iuz
iā mortuū/ hui⁹ cognoui
faciez/ quē ego lactam/ et quē
pau/ san/ oscāz carnez/ hunc
volo. hūc profiteor. meū cē
filuz/ hoc contēta esse volo/
etiā mortuū/ vsq; diuz illuz
reapiaz a mortuis resurgē
tez/ si hec esse potuerūt vba.
genitricis tue dnc ihu/ au
g^o aluz/ sibi tradis filij/ cū
ipā te magis mortuū acce
ptet/ quā vitā omī viuētū/
si nec hoc aduincōne cret/
q; nō soluz aluz tradis sibi/
imō. eā relinquis alteri/ di
rens. ad discipuluz. **E**cce mtr
tua/ quid dicem? ad hec/ an
ita impius factus es dnc/
ut mris curā gerere nō ve
lis/ an ita infirm⁹ q; nō poss/
ipietatez a te. omīs fides re
mouet/ omīs deuotio abhor
ret/ ipotēnaz/ q; allegabis/
Quis g^o ille fuit qui te in
cruce confixoz/ te nō cōmo
uit. petrus scidit. monumē
ta patefeat. et mortuos su

fatant. veluz tēplū dilani-
 auit: solis radios abstulit/
 nōne dñs hęc fecit omnia/
 et manū tuā certe videtis
 frēs km̄ q̄ finalis recom-
 mendatio m̄ris dei / fm̄ ea
 que p̄dicta sunt / admira-
 tionis multiplicas admiratō-
 nis plena est / que cōgrue
 valde iudicabit / si rō ip̄i
 paulo diligentius inspiciat /
 Consideranduz p̄ ordinē
 hic est / cur de hoc mundo
 exiens dei filius / matrem
 illaz post se reliquit / cur
 relictz. tutore deputavit /
 cur eundez p̄curatore / q̄
 seruus et p̄curator consti-
 tutus est / virginis / filii ei
 dez appellare dignata sit /
 horz trū / quod primo p̄po-
 situz est / inspiciam / mig-
 tur / ex hoc mūdo. mūdi
 dñs / m̄rē illaz venerabi-
 lez dereliquit / p̄re similac
 pulare ordinās / ut vtraz
 emē portio / et triumphans
 videt / et militans / visibili
 et i / visibili solatio frueret
 p̄ xpm̄ / Ascendens em̄ i ce-
 luz / sanctis angelis / et aīab /
 suā diuinitatez simul / et hu-
 māitatez / p̄petue contem-
 plandaz exhibuit / ut si in-
 grediantur / et egrediant /
 in utroq̄. passua mueriant /
 Enē vero adhuc interra
 militāt / solacuz quidez in-
 visibile p̄misit / qd̄ in die p̄-
 thecostes cōpleuit / qm̄ spi-
 rituz cōsolatores / cordibus
 eoz inmisit / Solacuz autē
 visibile / qd̄ ex corpali eius
 p̄nāa habebat / fidelib / iaz

subtrahere nō debuit / et id
 arco. m̄rē emē consolatiōe
 vice sui dereliquit / **C**ur / ca-
 ro. si licet dicere / eiusdez cō-
 diaoms fuit quodāmo cū
 carne xpi / ut dūz bñ angel
 i celis exultantes / inspicere
 rent illuz hoīez / fideles in
 terris / intuerent / cur gau-
 dio / eiusdez homis. verā et
 indubitata m̄rē / (an uō gau-
 diosuz / et sup / q̄m̄ gaudiosū
 dia p̄ solacuz fuit / ferām
 quīdaz. oculis videre cōhib /
 quā dūz inspicēs. cogitare
 oportuit / q̄ nulla rōne dubi-
 tate licet / quoniam ip̄a habet
 filiu / de sua carne genitū /
 in celo iā corpali ter reside-
 tez / et celi ambituz / et totū
 mūdi machinaz / suo nutu
 gubernātez / **D**icere ut di-
 ctuz est / iā ad visitandā illā /
 dū adhuc i carne viueret /
 fideles conuenerāt vndi-
 q̄ / ut sicut nūc in celis / ita
 tūc interris. impletuz ē de
 ip̄a illud psalmiste / **S**icut
 leticiuz om̄ habitatio est
 in te / alia quoq̄ rōne / nāc
 fuit / ut post filij sui disces-
 suz / bñ virgo. i. carnā adhuc
 rudi remaneret ad tēp /
 ut videt / de rudimētis fi-
 dei / fideles instrueret / ma-
 xime de hīs / q̄ nulli mortu-
 luz. nisi sibi constare pote-
 rant / qualia fuerūt. annū-
 cio. incarnatio. ortus. et in-
 fanāa saluatoris / de alijs
 quoq̄ gestis eiusdez dñi / q̄
 plurimis / que et non sola
 cognouerat / s; ceteris am-
 plus memorie cōmenda-

uo

no

no

no

uerat / qz testate euāgelio / m
aria conseruabat oīa uerba
hec / conseruens in corde suo /
no 64 **N**ec soluz homines / s; et āge
li p mariā didicisse pbant
aliquid / quod fm aliquē mo
duz nesciebant / si enī mar
narōnis misteruz / quidā su
pnoy amuz didicerūt p et
desiaz / sicut egregus predi
cator genouz / scripsit epha
sus dicens / ut inotescat pu
apathib; et potestatib; in ce
lestib; p emāz mltiformis
grā dei / cui; eiusde; misteruz
scāz / qntuz ad plures arti
culos / emāz p mariā didicisse
se constat / pfecto q nō solū
hōim; s; etiā angeloz ma
gistra fuit / quid gloriofuz
femineo sexui / imo toti ge
neri humano / deus facere
debit / q ipē de mūdo hor
exiens / mortalez quādā
paupculaz fecit / mltā re
linqueret / que etiā celi nu
ibus noua quēdā et glo
riosa ppararet / **G**audet et
desic / femie nūc dīnuz re
stitutuz est / imo āphata est
dignitas et gloria generi
mī / vsq; ad hanc / de qua f
mo est / valde in gloriuz fu
it / illa a dyabolo decepta
fuit / hec autēz angelos i
struxit / illa ut aut sancta
augustin; / semel docuit / a
totuz mūduz subuerzit / he
autēz fidei doctrināz tradi
dit / que subuerzi nequaquā
potuit / dno mirabilē ordi
nate / ut sicut i fecit mūduz
crederat / ita sup fecit stab
ilimētuz sempitū arripuit /

uallare quide; i fluctib;
tribulacōnuz / et prorell;
heresuz / p fides emē / ali
qua pte mūdi / subuerzi vō
nequaquā / et quia omīs he
sis / ex eo ortuz h; / et a sm
plitate fidei illius dechiat
quā maria tenuit / a docu
it / **I**dem i laudēz eiusde; u
ginis emā bene decantat
dicens / **G**audē maria vgo
cūctas hereses sola mtere
misti / **P**hor enī q a redē
simpliter et a redidit et do
cuit / suo exemplo / omēz du
bietate; omēz auositate;
omēz supstitionē; a fide ex
terminauit / et sic omēz hē
sim mterimut / q nō nisi de
hys deruari cōsueuit / **I**d
em etiā uirgo mī / post
fily sui trāsitu; / etiā rema
nere debuit / ut emāz mlt
vndas psecūōnuz / hūc ipū
valde fluctuātē; / uerbo cōf
maret et exemplo / **S**i em
hinc migrans dñs / mter;
serū deduceret / pusill; ille
grex fideluz / valde despa
re potuiss; / reputās / ne for
te auiores suos / serū assu
mēs / cetos etne traderet
obliuion; / s; ipi viderūt / q
illaz carissimā suā / hic reli
quit / et relictā tribulacō
nibus atq; defectib; / ex po
sunt / suas passiones / sine
dubio / eqnimitē portare
debuerūt / **Q**u autēz uirgo
beata / post fily sui trāsitu;
mlta aduersa pessa sit / p
apue a iudeis / scīs ignari;
testat; / qui ad solēz euāgē
listaz scribens ait / **S**alome

quā diligis. filia amē. **I**osoli
 nis quāq; mensibus cōmo
 rans. et quidāq; alij notū re
 ferūt. in ariā ihu. om̄i grāz
 abundāz. et om̄ibus fecim
 dū. et saas eā. in tribulacō
 mbus et p̄secutiōib. esse
 hilarem. et īpenurys et ī
 digētijs. nō quezular. et m
 iurātib. gratā. et post
 pauca. et nūm. inquit. ab
 om̄ibus magnificat. et a
 scribis et phariseis. ei det
 hit. **Q**u autē. ī tribulacōib.
 nō soluz. patiens fuerit. v̄go
 b̄ta. s; etiā. alios roborauit.
 patet ī eplā. quā ip̄a virgo
 sc̄o ignatio scribit. ī her v
 ba. Ignatio dilecto cōdiscip
 ulo. hūilis ancilla ihu xpi.
 De ihu que audisti. et a iohē
 didisti. vera sunt. illa cre
 das. illis inhezas. xpianita
 tis nomē. firmiter teneas.
 et mores et vitā. voto cō
 firmes. **V**eniat. vna cū iohē
 te. et qui tecū sūt. videre.
 sta et viriliter age. in fide.
 nec te moueat p̄secutiōis
 austeritas. s; exultet sp̄s
 tuus. in deo salutari tuo.
Post ad huc illa assignari
 rō. cur dñs exiens. matrē
 illā venerabilez. manere vo
 luerit. videlicet. ut alia vi
 ce de celo rediens. glorio
 sius eā assumeret. fuit e
 ī iste dñi exitus. mortis.
 exitus ignom̄ie. exitus ama
 ritudinis. **I**taq; benignus
 filius. matrē p̄ hanc viā se
 cū educere noluit. quā a
 phozū honore dignā iudica
 uit. s; p̄ illā. cū fidelibus

cōstituit. manē. donec ip̄e
 p̄cedens. soluz sibi glorie
 p̄pararet. qd iam discipul.
 et multo amplius. p̄misat
 matrē dices. **V**ado parare vo
 bis locū. **I**psa quoq; interca. cū
 mulauit. mezza. quibus cū
 ad corpales. p̄fectōis virtu
 tes. p̄ducta est. filius eius
 denuo. cū sup̄ms. cūbus re
 diens. ad thronū. glorie. cū
 iestimabili gloria. cōduxit.
 hinc beatus **I**erom̄. aut. tre
 dit. q̄ ip̄e saluat. om̄. q̄ntūz
 datur. intelligi. p̄se totū. fe
 shū. occurrerit. et cū gaudi
 o. eā. ad thronū. glorie. col
 locauit. quis cogitare pos
 sit. q̄ gloriose. mūdi regina.
 mūdi p̄nceps. p̄cessit. qñ
 do deuoto. et affectu. tota. in
 ei. om̄. suz. celestūz. regio
 nū. prodierit. multitudine. quā
 tis. ad thronū. glorie. ranti
 as. sit. deducta. **E**cce inquit
 mater tua. nō solū. em̄. i hoc
 exilio. matrē. moriens. xp̄e. de
 reliquit. s; et. relictūz. alteri
 cōmendauit. ut. videlicet. verū
 dia. virginalis. tutorez. atq;
 patronūz. haberet. sub cui
 cura. hanc. cōmodius. dedu
 ceret. vitāz. **Q**uid. dñs. nūc.
 o. virginitas. et. ī. verecūda.
 virginitas. ecce. v̄go. virgi
 nūz. que. iā. ī. p̄ceptabilis. fuit
 facta. curatorez. accepit. id
 curā. etiā. dñs. matrē. alteri
 tradidit. ut. testamē. fozm.
 et. regulez. nobis. cōmenda
 ret. magnificē. nāz. mores
 em̄. saluatoris. sic. testamē. tū
 suū. disposuit. q̄. sibi. de. oib.
 que. habuit. nichil. retinuit.

nō

nō

nō

nō



ita tamen q̄ vniūq̄ s̄m̄ p̄p̄a
dedit v̄tutez (et profectus
est statim) Tempalia em̄ q̄ m̄r̄
tebant tanq̄ viliora iā dud
um cōmiserat. Iude tradito
r̄ corpus suū. in sacramento
discipulis tradit. ip̄os disci
pulos rep̄tavit. vestes su
as diuisit militib⁹. corpus
suū mortale. crucifixoribus
adhuc q̄ nō habuit n̄ m̄r̄
et sp̄m̄. et idcirco. ut de oib⁹
se vite expediat. et a suis ni
hil absconderet. m̄r̄. v̄ḡie.
virginis amico reliquit. A sic
sp̄m̄ post oīa cōmendauit.
Deo p̄. (ecce forma. vite h̄s
migrandi de hoc mūdo. qm̄
i cruce cōfirmavit. et nob̄
reliquit. ex quo manifeste p̄
q̄ si quis desiderat. sp̄m̄ suū
salubriter r̄cōmendare deo.
p̄ius diligenter. expedire
se debet. ab omib⁹. que sibi
r̄cōmendata fuerūt a deo.
ut post xpm̄. nudus egre
diat. spoliatus semetip̄m. nō
solū habitis. (que serū educē
nō p̄t. s̄. affectu habendi.)
Ecce vtrūq̄ audiuim⁹. q̄ ri
te. dñs ih̄s. m̄r̄. suā disci
pulo cōmendauit. et sicut
sūm̄ regis magnificētia.
altissime cōmendat. i eo. q̄
m̄r̄. illaz. tam liberaliter
discipulo tradidit. ita cari
tas ip̄ius extollit. in eo. q̄
eandē m̄r̄. ip̄i discipulo i
suo. etiā incomparabili affectu
cōstringit. nō appellās dñāz
Ioh̄s. qd̄ adhuc minime dig
nōnis fuisse. s̄. m̄r̄. aut nā
q̄. ecce mater tua. q̄ dicit
eodē affectu eam diligere. et

venerare eadē cōfidentia.
ab ea quicquid volueris po
stula. eandē beniuolētia.
ab ea expecta. (quā solet v
nigentis a m̄re sua. et ad
m̄r̄. ecce filius tuus. q̄ di
ceret. eodē eodē affectu. ih̄s
discipuluz. Dilige. eandē p̄a
entia ip̄m̄ sup̄porta. eadē di
ligētia sibi p̄uide. q̄ v̄nḡi
tus tuus esset. **O** m̄r̄. et
i audita pietate. o q̄ pro
ficiū et gloriofus est. tuū cē
discipuluz. dñe ih̄s. **Q**uis
em̄ p̄ncipuz hui⁹ mundi.
seruus suus. ih̄s. honorē ex
hibuit. certe multā reue
rētia. fecerat ille. p̄ncipuz
egiptus. seruo suo Joseph.
quez toti possessioni sue p̄
fecerat. s̄. tamen sponsam
suā illi nō cōmisit. pharao
quoq̄. ille rex egypti. eodē
Joseph honorauit amplius.
adhuc p̄ficiendo illi. toti
terre egypti. que tamen in
domo regali. noluit cōmu
nez. **N**oster autē. dñs. ma
trez suā regnāz. cel. seruo.
nō dedit i sponsaz. s̄. qd̄ lo
ge manus est. i m̄r̄. (quis
em̄ ignorat. q̄ maiore fili
tudine. contrahat filius a
m̄re. q̄ sponsus a sponsa.
Omnis em̄ possessio m̄ris.
hereditario m̄re tr̄sit. ad
filium suū. **I**n eo igit. q̄ xpc̄.
Ioh̄. regnā cel. i matre.
cōmendauit. ip̄m̄ quodā
mō. se alteri constituit. et
regni consortē. fecit. et
sic incomparabiliter honora
uit. vnde patet. q̄ honora
tus sit. iste discipulus. totū

erit: qui cum matrem in matrem
 accipet: qui alter ihu constituit
 est: et quoniam nimis preciosus et
 thesaurus sibi a cruce fixo di-
 tus est: ut iam audiuimus: nec
 pro tremenda commotione e-
 lemētōrum: que facta est in mo-
 rte xpi: nec pro metu iudeorum:
 differret accipere quod datur
 est: sed statim de noua matre
 sua se intrinsece constituit: et
 accepit: et usque in fine fideliter
 custodiuit: et hoc est: quod in
 euāgelio concluditur: et ex
 illa hora accepit eam disci-
 pulus in suam: intellige tu
 nam: vel sollicitudinem: vel in
 sua matrem: vel dominam spiritalem.
 Alia quoque ratione nobis val-
 de amabilis dominus: et salua-
 tor mundi dominus: dignatus
 est appellare matrem disci-
 puli: ut videlicet nobis pro-
 ribus insinuet: quam spem
 ad illam habere debemus: nunquam
 frater: immo privilegiatus: nec
 deo debemus: Iohannes: qui solus
 ipse adoptiuus filius sit ma-
 riae: absit: quomodo enim im-
 plebitur propheta dicens: Multi
 filii deserte: magis quam eius
 que habet virum: que est enim
 hec deserta: nisi virgo ma-
 ria: que solitudinem dilex-
 it: et sterilitatem: virginis
 consecrauit: hec unum filium
 de celo suscepit: quod dum ab ea
 recedere vellet: alium sibi sub-
 stituit: ne maternitatis eius
 nomen et ratio discessisset: alium
 i. videret: si sine filio hic re-
 mansisset: Post aliquotulum
 vero temporis: isto filio hic reli-
 cto: ad primum suum filium ascen-

dit: et processu temporum etiam iste
 filius: illuc usque ad eam puenit:
 et ita in celo duos filios ha-
 buit: unum naturalem: et istum ad-
 optiuum: Et ubi sunt obsec-
 plures: vel si plures non sunt:
 quomodo verum erit: multi filii
 deserte: magis quam habetis
 virum: cum plurime iuciantur:
 virum habentes: cum turba
 magna filiorum: an forte et
 nos filii eius esse possimus:
 omnes: si tamen volumus: utique
 dominus: neque enim falso clamant
 fideles dicentes: Domine et
 dominam miserere nobis: si autem
 misericordiam dominam etiam uobis: in misericordiam
 data est: dicit obsecro: ubi hoc
 actum est: recte credo: quod ex
 hoc loco: ubi dictum est: ecce
 misericordia tua: Reuolue ergo textum
 huius sacri euāgelii: de quo
 sermo est: et primum nomen
 eius: cum virgo: in matrem assi-
 gnatum: hoc nunquam expressum in
 uerbo: sed per quendam azailonico-
 nez describitur: quod etiam alijs
 quam Iohanni conuenire potest: hoc di-
 ctante spiritu sancto: ut quicumque cum
 Iohanne huius descriptionis pro-
 pes fuerint: cum Iohanne marie
 filii sint: Hec descriptio de
 qua loquor: hoc est discipu-
 lus stantem: quem diligebat
 ihesus: discipulus ihesu efficitur:
 ex fraternam dilectionem: vel
 caritate probatur: sicut ipse
 ait: in hoc cognoscent omnes
 quia mei estis discipuli: si
 dilectionem habueritis ad
 mutuum: Tunc autem discipu-
 lus iuxta crucem stat: qui car-
 nem suam crucifigit: cum uicis
 et concupiscentijs: propter christum

si tunc ih̄s discipulu diligat q̄n
do diligitur ab ip̄o sicut sa
lomon in p̄sona eius ait. Ego
diligetes me diligo. Vultis
ḡ cognoscere fr̄es v̄ez filiu
virginis marie ip̄e est. qui
p̄pter hoc se ip̄m virginis ob
sequio mancipavit. Deū ex
toto corde diligit. voluptate
carnis abdicavit. ad queli
bet p̄ximū inie opa put
p̄t extendit. certe de isto
dicit xp̄s ad maria. ecce fili
tuus. Nos ḡ fr̄es km̄sim
huius discipuli stantes iux
cruce. quos diligit ih̄s. ut sit
illud dulce verbum vniū s̄
q̄ n̄m a ih̄u audire mere
atur. Ecce m̄ tua. **O** verbum
om̄i acceptōne dignū. si ma
ria est mater tua. ḡ ih̄s ē
fr̄ tuus. ḡ p̄r eius. p̄r tuus.
ḡ regnū eius. hereditas tu
a est. ecce m̄ tua. ḡ grana
maria est thesaurū tuus. i
m̄tes em̄ thesaurizat fili
is. ecce m̄ tua. cui om̄is ne
cessitas tua. vsq̄ ad cor. ei
ascendet. comota quippe i
sunt viscera eius sup̄ filio
suo. ecce m̄ tua. ḡ dilige
et venerare tanq̄ p̄nter. ti
bi vbiq̄ nec expecta amp
lius. si ab hac hora accipe
am i tuā. ut ille te sumat
tandē. i gloriā suā. ubi re
gnat aq̄ filio. qui est super
oīa b̄ndictus deus. i secula
amen. **¶**

Pter. **B**ihardus sup̄ lucā di
cit. Et tuā ip̄ius aīz adm
ariā senex dicebat. p̄t̄sibit
gladius vere tuā. **O** b̄m m̄ tuā
aīz p̄transiuit gladius. a

loquim nō nisi eā p̄transiens
nō carnē filij penetraret.
equidem postea quīdo emisit
sp̄m tuus ille ih̄s. gn̄aliter
quidem om̄i sp̄aliter tuus.
ip̄ius plane nō attingit aīz.
quīdo impius. lancea. nec
mortuo parrens. cui nocē
nō possi. aperuit latus. si tu
am vtiq̄ aīz p̄t̄sibit. ip̄i
em̄ aīz. ibi nō erat. si tua
plene nequebat. auelli. tu
am ḡ p̄t̄sibit aīz. vis do
loris. ut plus q̄ martirez.
m̄tes nō imerito p̄dicem.
in qua nimis. corpee passio
nis sensū. excessit. cōpassi
om̄is affectus. An nō tibi
plus q̄ gladius fuit. si mo
ille p̄transiens aīz. p̄tingit
vsq̄ ad diuisione. aīz. i sp̄.
mulier. ecce filius tuus. o quales
cōmutacionez. **I**oh̄es tibi p
ih̄u tradit. i suus. p̄ d̄no. dis
cipulus. p̄ uirgō. filius zebe
den. p̄ filio. dei. p̄ uir. h̄o. pro
deo vero. quom̄o nō tuā. af
fectuosissimā aīz. p̄t̄sibit. et
hec auditio. q̄ et m̄. licet
saxea. licet ferrēa. pectora.
sola. recordano. sc̄ndit. nō
mirēm̄ fr̄es. q̄ maria. mar
tu. i aīz. fuisse. dicit. **O** uir.
qui nō mem̄it. audisse. pau
lisse. in maxima. genū. ar
mina. memorātez. q̄ si. af
fectione. fuisse. longe. id
fuit. a marie. viscerib. **M**ōge
sit. etiā. a suulis. eius. si. for
te. quis. dicat. m̄. q̄. nō. spa
bat. cōtinuo. resurrectuz.
et. vident. doluit. sup̄. hoc.
crucifixuz. et. vehemēter. a
loquim. quis. nā. tu. frater. aut.

unde est tibi sapia (ut inu-
 mutis maria copacem /
 q̄ mare filius pacet / ul' et
 am corpe mozu potuit ista co-
 mozu no potuit / fecit illud
 caritas / qua maiorz nemo
 habuit / fecit et hoc caritas /
 au post illa similis alia no
 fuit.

Quod augustinus de passione domini di-
 cit. Quis dabit capiti meo
 aquam et oculis meis im-
 brez lacrimaz (ut possis fle-
 re die ac nocte) donec suo
 suo dominus auiat. visu. ul' som-
 no. consolans animam meam.
 Maria enim uirginez arbitri-
 fuisse inter illas dolentes.
 inter illas gemetes / que la-
 metabant / fleutes dominum
 poterat et hec esse. inter fili-
 as uirginis ad quas ihesus non cla-
 rus impio / si plenius obprobri-
 sputis illius flagellis af-
 flictus. sibi in angaria mor-
 tis. baulans auct. ubi ait.
 filie uirginis nolite flere super
 me. si super uos ipsas flete. et
 super filios uros / putas ne /
 domina mundi / domina mea dilecta
 domini mei / est ne uerz qd dico
 si obsecro / ut dicas famulo
 tuo. deus paradisi / gaudium
 celitatis / huius rei / obliuiscere
 tamen uirgo. doloris / que te
 tunc passaz non dubito. Vtina
 dolor cotidie. sic in heret
 visceribus meis / sic in heret
 tunc tuis / utina die / qua as-
 sumpta fuisti in celis / ut eter-
 num gauderes / cum tuo dilecto
 michi tuas lacrimas mudi-
 casses / quia pillas agnosce-
 re. quibus tibi amaritudinis

fuerit / tunc ihesus tibi dilectus /
 clavis cofixus in ligno ca-
 pite inclinato / eius sanctus
 spiritus exalare uideres / si peto
 domina / ne te moueat uerba
 que dico / aut tamen saxa debe-
 ant sandi ad illa / quis unquam
 in celo regnas / sursum / ul' pegen-
 nas in terra deorsum / audies
 autem me te tractans / quoniam
 factus est obprobrium homi-
 nis. deus angelorum / et abie-
 ctio plebis / filius dei patris /
 et lacrimas potest continere / et
 ego quare non plango miser /
 Veritatem gaudere gaudio
 magno / ab ipso nunc glori-
 ficata in celis / que in mente
 clavis fuisti amarissime co-
 fixa / pessime mortis / michi
 tunc obsecro. lacrimas illas
 infunde / quas ipsa habuit
 sua passione filii tui
 dei et domini mei / et uerba ad-
 mittere / conferam / enarra de
 pro. seuerz ueritatis eorum / que
 mater es summe ueritatis
 Adhec illa respondit illud
 quod queris / copugnatum est
 magni doloris / si quare glori-
 ficata sum. flere non possuz
 tu cum lacrimis scribe / que
 cum magnis doloribus ipsa p-
 pendi / cum inquit / flere p-
 opto / ul' nil aliud michi libet /
 si ego miser cor lapideum
 habeo / et idcirco plangere
 non possuz. O regina celum / ma-
 ter crucifixi / da quod iubes /
 prebe quod cupio audire su-
 tuus / dic domina mea / dic mi-
 mea / si in uirginis eras / quoniam ca-
 ptus fuit filius tuus / et ui-
 ctus. ad animam ductus / at illa

i uolm era et quādo hec audiu
 gressu qualiaqz potui uix ad
 dñm meū flens pueni cu illu
 tuē esse mtuita pugnis pau
 ti alapis cedi facie conspu. spi
 nis coronari. obpbruz hoīm
 fieri. comota sunt oia uiscera
 mea et nō erat michi vox i
 neqz sensus/erat etiā mee so
 rores. et illic mlte femine
 plangētes qī vngentuz int
 quas erat maria magdalene
 que sup omīs me exrepta do
 lebat. Cū xpc dñs deus. pro
 ne clauate. pylato iubente
 baulās sibi cruce. ad ptozuū
 trahetur factus est cōausus
 pploz post ipm eūtuz/et re
 deūtuz/aly eni sup ipm/eun
 tes ibant et flebant/aly il
 ludentes. aly proiciebāt lu
 tu. et imūdiāas in caput ei
 et facie/heu heu paitit fac
 es deoza in qua desiderāt
 angeli pspiceze/qua cheru
 bīm et seraphīm ardent cer
 nūt/velat. spūtis illud. a
 lapis cedit/sequēbar eni ego
 mestissima mlter ai mlteri
 bus/que secute fuerāt a gn
 ilea. mīstrantes ei/a quibz
 uelut mortua tenebar/et
 sustentabar/quousqz puen
 tuz est ad locuz. ubi crucifi
 xus est. Ante me. et vidēte
 me/fuit i cruce leuaty/et
 ligno. clauis durissimis cō
 fixus/ego videns eiē ipē
 videns me/dolebat plus de
 me qī de se. ipē uero tanqī a
 gnus corā tondente. nō da
 bit vocē/ner apiebat os su
 um/aspicebā ego tuē misa/
 dñm meū pendente i cruce/

et morte turpissā moriēte/
 et tāto dolore et tristitia. uexa
 bar i mēte/ quāto nō possz ex
 plicari simone nec nūz. dis
 curtebat eni sanguis p quā
 or ptes. argantibz vndis. ma
 nibus. pedibusqz clauis cō
 fixis/et de vultu ei. pulcritu
 do defluerat omīs/qz erat
 p filijs hoīm speciosus. videbā
 i decoro. Videbā qz cōplebat
 pphetiaz illud i eo/vidim. i. eu.
 et nō erat ei spēs neqz decor/
 quia iniquoz verberibz/ vult
 tus illius fedauerat. liuor. il
 le dolor erat maximus/ qz me
 videbam de se. ab eo/ quez
 genuerat/ nec supererat aliuz/
 qz michi vnicus/ et ideo. nō
 poterat i me cape dolor me
 vox mea uere ptezat omīs/
 s; dabā gemituz/ suspiria qz
 doloris/ volebā loqui. s; dolor
 uerba rūpebat/ qz uerbu iā
 mēte conreptuz/ dū ad for
 mā pcederet oris/ ad se ipse
 ctuz reuocabat/ dolor cordis
 vox triste sonabat/ foris vul
 nus amūcians mentis/ Ver
 ba dabat amor. vox rauca
 sonabat/ nā lingua uotis
 pdiderat usqz loquēdi/ vide
 bā moriēte/ que diligit a
 nima mea/ et tota liquefā
 flebam/ p doloris angustia
 aspicebam/ et ipē benignis
 simo vultu suo/ i mēte me
 plozāte/ et uerbis me pau
 as. uoluit cōsolari/ s; ego illo
 mō potui cōsolari/ flebā di
 cendo. et dicebā flendo fili
 mi fili mi/ ue michi/ quis da
 bit michi/ ut ego moriar p
 te/ heu me misera/ quid faciā/

moriturus filius/ai moriturus filius/
 cur non moriturus feci heri misera
 mater eius/o fili mi quod faciam?
O amor vnice/fili dilectissime
 non me derelinque post te/
 trahere me ad te/ut et ipse mo-
 riar teum ne solus moriar?
 teum moriar? ista tua gestis/
 o mors misera non prece mi-
 tu sola mihi parantur places/
 exera vires. trauada miteri/
 miteri cu filio. trauada simul/
 fili dulcor vnice/singulare
 refugium gaudium vite mee/
 et omne solacium anime mee fac
 ut ego ipse nunc moriar? que
 ad mortem nunc genui/o fi-
 lia recognosce misera et ex-
 audi precem meam deret enim fi-
 lium/exaudire miteri desola-
 tam/exaudi me obsecro/
 tuo me suscipe patibulo/ut
 qui vna carne viuunt: vno
 amore se diligunt: vna mor-
 te peant. **O** iudei impij. o
 iudei miseri. nolite mihi par-
 cere. ex quo vniam filium me-
 u a crucifixis et miteri tris-
 figite/aut alia qualibet m-
 orde seu a punitate dumno
 cur filio meo simul mori-
 ar/ orbatis orbem radio/
 me vidua filio. et gaudij
 dulcore/ vita mea moriturus/
 salus mea punit? ac de tra
 tollit? nunc spes mea/ cur
 go vnuit post filium. miteri i
 dolore/ tollite. suspendite.
 miteri ai filio/ non paratis phi-
 non paratis miteri/ cur michi so-
 h/ mors esto seu a/ nunc sume
 gaudere/ si mori posses simul
 cur xpo meo/ dulce est mori
 misere/ si mors optata vte

dit/ ve mihi infelici mori mihi me-
 lius est/ que vniam dulce mortis/
 si fugit a me misera/ et i fe-
 lices relinquit/ cui multum ipse
 mors optata/ul' vltima nunc
 esset/ **O** fili k' me/ o dulcissime
 nate/ misere miteri/ suscipe
 preces/ desine miteri iam esse duru/
 qui cum sis semper fuisse ben-
 gnus/ suscipe miteri/ teum mi-
 arce/ ut teum semper viuam
 post mortem/ en tu mori prece tu-
 michi miteri. tu michi sponsus.
 tu michi filius. tu michi oia
 eras/ si orbis prece. viduor spo-
 so. desolor prole. omnia pdo/
 o fili mi/ vlt' quid faciam/ ve
 michi. quid faciam k' me/ vbi
 me vultis dulcissime/ quod mihi
 solacium piissime/ quis michi
 deret? subsidium prestabit fi-
 li dulcissime/ omnia possibili-
 a sunt tibi/ si non vis ut mo-
 riar teum. relinque michi
 aliquod solacium/ **C**ui dominus iam
 amicus i arce/ oculis et vul-
 tu amen/ **D**e ioseph dixit/ mu-
 her ecce filius tuus/ erat
 enim ipse ioseph pater/ vultu tri-
 stis/ lacrimas et ploras. ac
 si diceret/ o miteri dulcissima/
 mollis ad flendum/ mollis
 ad dolendum/ et tu sis/ quia ad-
 her i mundum veni/ et de te tu-
 ne suspexit/ patris patibu-
 lum/ saluam genus humanum/
 qui tunc implebitur scripture/
 sis nepe/ quia oportet me patri-
 pro genere humano/ die au-
 te terna resurgam/ tibi et dis-
 cipulis patenter apparens/
 desine flere. dolere/ de poe.
 quia ad patrem vado/ ad gloriam
 patris me manifestis patribus

ascendo inno cognoscere in q
nuc muem ouez que pierat/
et qua longo tpre pdiderat/
mouit vnus ut totus reui
uscat mudus vni ob me
ritu cuncti pierre prozes sal
uant aich vni ob merituz
qd placet deo pz quo displ
cet tibi nr
Pter aug9 de dnica palmar
diat Noli flere mulier no
li plangere speciosissia nr
no te deserio no te dereliquo
tetuz ero omi tpre seculi si se
cudu carnē subiecto ipio
mortis tamen fm diuinita
tez sum sui et ero imortal
et i passibilis bene scis nr
vnde processit et venit iurg
tristis si illuc ascendo vni
de descendi est tempus ut
reuerter ad euz qui me ni
sit et quo vado ego no po
tes venire mo venies au
tez postea Iohes nepos tuus
decreto reputabit tibi fi
lius curā tu habebit et e
rit tibi solaciuz fidelissimu
tūc ihs intuitus iohes dix
it ecce nr tua ei sumas ei
anā habetas eā comendo
tibi suscipe nrēz tuā dū hec
verba dicebat illi duo dili
semp fundere lacrimas no
cessabant tacebant ipi am
bo martures i dolore loqui
no poterant isti duo vgi
nes Audiebant xpm vo
ce inuicem loquētez et euz vi
dentes paulatiz moriētez
no potant rēdere verbuz
qz euz videbant qm mortui
vnde spūs eoz verbuz expi
mere no valebat deserat

enī spūs eoz et pdiderant
virtutez loquēdi audiebāt
et tacebant quia loqui no
poterant solus illis dolor
luctusqz pmanfit amas
amabant flere et flebat
amare amare flebant qz
amare dolebāt nā gladius
xpi aiā vtriusqz trāsibat
seue seuus pimebat vtruz
Que magis amabat seu
us flebat nr sentiebat x
dolores i mēte virgo que
pepit gladius est passa do
loris xpi morientis vulnea
nrīs erant xpi dolores se
uifut in aiā nrīs tortozes
mater erat dolens lamē
tans pignozis mortē mē
te martu erat pussa au
pide reliquo mēbra x fem
foderūt inuicem ipa qm do
lor maxim tenebat i euz
mente tenezūt maxim
dolores nec poterāt ex te
fundi in tā acutus seuētuz
dolores nati nrīs aiāz gli
diabant in carne xpi solue
bat debitu mortis quid g
uius erat qm mori aiē ma
tris Interim xpi comēdati
nrē Iohi dixit scio et de
derūt ei qui eū crucifixerūt
acetuz cū felle mixtu qd
cū gustass noluit bibere si
dixit consumatu est et ex
clamauit voce magna di
xit hely hely lamazabathai
hoc est deus meus qre me
dereliquisti et hec dicens
expirauit tūc terra tremu
it et sol sua lumina clausit
mezebant poli dolebant sy
dera cūcta omē suū iubar

amisit luna dolendo / res
 sit omnis ab alto ethe fulg
 or / sandunt lapides duri
 sandunt fastigia templi
 resurgunt mortui / apertis
 tumbis sepulcra fatentur
Hic in planctu bñ anshel
 mi dicit / Continuo autez
 qui ad eis erant / custodien
 tes ihm / viso terre motu
 et que fiebant / timuerunt
 valde / dicentes / ecce hic ho
 iustus erat / ecce quomodo om
 nia elementa copatiunt ei soli
 autez iudei miseri / se indu
 rauerunt / sm lucas / ois tur
 ba eoz / qui adierant simul
 ad spectaculu / illud / conueni
 rant et videbant / que fiebant
 patientes pectora sua / re
 uertentes / stabant / omnis no
 te eius a longe / que secute
 erant eu a galilea / her vide
 tes / Anshelm / azissia dñia
 habuit adhuc fine dolor
 tuus / azaria / no qz no duz
 plene ppheta symeonis im
 pleta erat / scz tua ipius ai
 maz ppheta sibiit gladius / Du
 di q / qd nimis est lamēta
 bile / sm iohes / iudei qz pa
 scue erant / ut no remane
 rent corpa / i nuce sabba to
 erat em dies illa / in agni sab
 bati / rogauerunt pylatu / ut
 frangerēt aura eoz / et tol
 lerēt / Venērūt q milites
 primi quidez frēgerūt au
 ra / et alterius qui crucifi
 xus est / an / eo / ad ihm aute
 ai venissent / auz viderūt eu
 mortuu / no frēgerūt eius
 aura / scz vn / militu / laorea

latus eius aperuit / et con
 tinuo exiit sanguis & aq /
 et ai her videre q tale au
 delitatez faceret / i mortuu /
 exanimis facta fuit / et vere
 impleta fuit ppheta symeonis
 et tua ipius auaz ppheta
 gladius / et tuc cepi dama
 re et enulare / scz ia omis la
 crime defecerant / in tantu
 nocte pteuta et die illa / fle
 uera et diceba / Era dilectis
 sine fili / vbi nuc est consolac
 mea / quaz in te habui / quis
 michi det ut ego moriar p
 te / hns et filibus verbis / de
 plauxi morte / filii mei dile
 ctissimi / Cogitare libet / qntu
 dolor tuc mi fuerit / auz sic
 dolezet insensibili / nec lin
 gua loqui / nec mens cogitare
 valebit / qnto dolore teneba
 au eius / et nix / cruce psta
 bat emortua mi / illu core
 pit virgo de spu sco / vox no
 erat / illi dolor abstulerat vi
 res / i / strata iacens pallebat
 au uiuens / uiuebat moruē
 que uiuens moruebat / nec
 mori poterat / q uiuens mor
 tua erant / i au dolor seue se
 uebat illius / optabat mori
 magis q uiuere / post mor
 tez xpi / que male uiues / q
 mortua erat / ibi stabat do
 lens seuo / cofracta dolore / ex
 pectans xpi corpus deponi
 de cruce / Hec dicens ploza
 bat atqz plozando dicebat
 oyme oyme / redde m sal
 tez exanime corpus / cople
 sis vota / extinchi / redde
 mi / ul q magis libet / me
 morte / nigite illi / ut peent

dolores infiniti deponite il-
lū queso deponite mīlū me-
aiz habeā corpus eius in so-
lamē ul' saltē defunctū iux-
tā cruce stabat maria (considē-
ratis vultu benigno. xpm
pendētes i cruce supite se-
uo/pedibus qz imtens/leua-
bat man' i altūz/amplectēs
auce/ruens i oscula xpm qz
pte sanguis vnda rigabat/
ut valeret amplecti/q nō
poterat/suzsuz volens ten-
dere man' spat amor ml'
naqz raro uel nuq' fieri pos-
sunt. **C**redi sibi aucta fer-
uor ipaciens a credit. **V**ole-
bat amplecti xpm. m alto
pendentez si man' frustra
tense m se redibant com-
plexerit se leuans a terra su-
suz erigebat ad xpm/et qz
nequibat tangē illuz/male
collidebat ad terrā/et pst-
ta iacebat. **D**oloris imēsitā-
te depressa/si eā erigē vis cō-
pellebat amoris/itensa i m-
petu amoris/suzgebat m-
tensis manibus/et mēbzqz.
attrahere xpm/erat em m
agno cruciata dolore/si ter-
rā itēz petē cogebat. **O**qz
male tūc erat ul' grauius
erat sibi vita viuere taliqz
mortis gladio ab impio. se
ue necari/pallor eius p'si-
derat vultuz/m gēns i ore.
xpi rubuata riuore/cāde-
tes guttas sanguinis ore
lingebat/terrā deosculans/
quā riuos vnda rigabat.
Interī vir quidaz nobilis
noīe ioseph qui erat disci-
pulus eius s' occulte/cofi-

dent ad pylatuz ingredi-
postulans sibi dare corp'
dñi ihesu quo cōfesso vor-
at ad se quēdaz virū sapi-
entez/et legis pituz discipu-
luz xpi similiter occultū no-
noīe nicodemū/et venerūt
ad locū ubi dñs ihus erat
crucifixus/seu i instrumēta
portantes/quibus claus e
uulsis. de cruce possent de-
ponere xpm/quos nūc ei
videns volentes eū depo-
nere/qi de morte cōsurgēs
paululuz reuixit spūs ei'
et eis qd' potuit. auxiliuz
mstrauit/vnūz clauos de
maibus trahebat/alius
ne cāderet. corp' sustēbat.
Stabat milier. brachia le-
uans et caput i man' susti-
net dependētis xpm i sup'
pectus triste trahebat. i pa-
sui. quē attingere parū va-
luit i amplexus ruēs fa-
ari nō poterat/de suo dile-
ctissimo dilecto/nec eā de-
suz corpus attrahere pote-
rant/tanti em decous. tān-
qz splendous. et pulcritudis.
erit corpus ihu qz lingua
nō potest fieri/nec hā decla-
rari/erit em candidus m-
ue. splendous sole. sup bal-
sami odorez redolens/si ai
de cruce itēz positz fut/
suz eū ruens pia uehemē-
tia doloris. et imēsitāte a-
moris. q' mortua stetit/et
loqui nō poterat. **S**tabat
ad caput extmch filij ma-
ria mī virgo. lacrimis fac-
em eius rigans/p' diuersa
torquebat. suspiria/o qas



caput a

caput amarissime flens in
ambus paucis dicitur: o
mestamir' o dolens virgo
quid fecisti fili dilectissime
quod uideri crudelissime te cru
cifixerunt: in gremio te mortua
um tenet certissima mir' tu
a fili mi quid faciet tibi mir'
tua misera ve michi fili mi
ubi est tantum gaudium quod in
natiuitate tua habui ve mi
qua in tristitia conuulsus
gaudium meum fili mi nichil
aliud restat nisi ut me in
fiam: quia vivere non possunt
suauiter mi et tui spiritum factum
in me refunde: quod illi que pa
gelum michi dedisti pro dolore
nimo amisi. Interim frater
et maxillas oculos et na
sus frequenter osculabat
ipsius lacrimarum uerticulis
ta fluere ut carne omnes
et spiritu in lacrimas resolu
putrescebat: rigabat lacrimis
extinctum filii corpus et po
situm quo fuerat lapide ma
debat: in quo et lacrimae ad
huc apparere dicuntur illius
et facta et obprobria reuo
cabat ad mentem: quis et
qualis fuerit: que ipsa uirgo
concepit sine libidine pepe
ritque sine dolore: qui sibi erat
omne quod ipsa vivebat: tanquam
deus et dominus et uincus filii
et sic male erat ei sicut esse
poterat: unde dicebat: dic
fili dilectissime: dic amor
vinctus: uita aue mee: amor
meus: singulare gaudium
uinctus: solacium: que sic me
dolere permittis: aut tam lo
ge factus es a me. de me?

consolans aiaz mea respice in
me) et misere mei: da impium
tui. filie tue: a salua fac mrem
tua. Dicit quid patet: quia quod di
cere aput: quoniam in xpi te
nebat mensuraz doloris. V
ginis dolore. posse narrare
no credo: cum rectus amor
erat: non continens modum: nam non
despabat: pie recteque que ge
mit uirgo: in iuste mori do
lebat: sperans autem ipm ter
tio die resurgere) flebant
aut ipsa femine sancte: quaz
paruus numerus: paucaque
uirorum: qui lucebat xpm) sil
cuz uirgine uirgine. erant et
angeli: simul cum ipsa dolentes
tamen si poterant esse dolentes
dolebant: quidem pro amore
ihu xpi) copanebant: ipsi mor
ti condolendo: quod redimebat
gaudentes genus humanum
flebant ut arbitror: ama
rissime: mente turbati: quod ma
trix xpi uideret: tanto dolore
tenuo: quis angelorum: usque ad
angelorum) contra naturam illic
non flebat: ubi contra naturam
imortalis deus homo mortuus
iacebat. Videbat corpus xpi
sic male tractari ab impiis:
sic laceratum: iacere in mrem ei
totam) cruciatam: cruciatam illam
namque pia illa: sancta: totam
bonam: delectabilem: mirabilem
atissima) mrem: videntes tan
tis cruciatum singulis: nam au
stereus repleti dolore: et sic
amarissime fleze: nullo modo
valebant suas lacrimas re
srenate) fiebat luctus: et me
ror ab angelis) pntibus) sibi
qualis decebat luctus spiritus

no

no

no

no

no

almos/imo miratus/si ange
li amich nō flezant/et nō in illa
bñtudine/ubi ipossibile est
fleze/a edo/pter qd' a loquor/
q' dolebant. si dolere valeb
ant/fuit em̄ possibile fuit.
deū p' assūptū horēz mori/
sic possibile fuit. angelos
beatos/ī dñi morte dolere/
Joseph igit' ab aromathia
vir saīs et iustus/quī cū in
eodem. deposuerat corp' xpi
de cruce/fuit euāgelista
testimoniū phibet/posuit il
lud ī s'ndone mūda/ p' nos
aromatib' conditū/et po
suit ī monimēto nouo/qd
ferebat sibi alacriter. et de
uote/tūc ad illius exeq'as
angeloz milia miliaz decē
tabant/qui omīs cōuenerāt
ad sepulcrū dñi sui/illi can
tabant laudes/si maria da
bat gemitus/et suspiria
cordis/illi laudes extolle
bant ad celū/maria plora
bat amare iux' sepulcrū/
volebat mesta mī. siml se
pelū cū eo/her erat ī mixa
sup dilectū suū/amplectēs
eū/cū omī amoris dulce
dñe/ osculās illū dicebat/
misem̄ mei. misem̄ mei.
saltez vos amici mei/illū ad
huc paululū relinquire m'
ut eius facie abstracto vela
mine valeā cōtemplari/et
ī dño valeā aliquēdulū cōso
lari. **O** carissimi mei. nolite
eū tam cito tradere sepultē.
dimitte eū. misem̄ mī. ut eū
saltez habeā defunctū/ aut
si illū ponitis ī sepulcrū/ me
misam sepehite cū eo/ quia

post eū. male michi semp' et
ponebat ī sepulcro xpi/ ipā
eūz trahere ad sepulcrū/ illi vo
lebant eū tradere sepulcrū/
illa volebat retinere/et sic
erat piāis et misanda cō
tentio inter eos/ omīs tñ sic
amarissime flebant/ ut vir
quisq' eoz possi ad pleniū
verba formare/ videbant
nūc. omī solacio destituti/
et sup eā dabant potius
planchū/ quā sup extinctū
corp' filij eius/ maior e
rat eis dolor de mris dolo
re/q' fuerat de dei sui mor
te/ flebant g' amich. misan
do. dolore gemētēs/ et sic
dñi vite mortis. sepultē
dederūt. **S**epulcro dñi se
pulcrū mī amplectit' et q
potezat. bñdicebat voce
filij sui/ ad sepulcrū sedēs.
ī mixa illi/ extendebat ma
nus/et de sup osculabat' il
lud/amaro nimis deplorāf
singultu/ accessit **J**ohes/ cū
eam cōmendauerat xpi/
et lugens qd' mliuz/ nec po
tezat retinere/ leuauit eā
lugentes/ nā a uicariā gemi
tibus. fatigata doloribus/
afflicta ploratib' / pedibus
strare nequibat/ tamē sicut
potezat. mliozibus sanctis
aduuta/ amictis ploratib' /
simul i' l'm ingredit' / quaz
femē multe vidētes/ mo
te pietate sup eūz dolores/
ad luctūz vertebant' amar'
quedāz etiāz illaz ambu
lantes post eā. lamētāba
tur ploratēs/ plorabant
multe. que cōdolebāt ma

ne nā dolor illius multos
 faciebat dolores vix pote
 rat continere lacrimas qui
 cuiq; videbat eā plorantez/
 tam pie plorabat/et ama
 re dolebat/q; ex suo pro
 ploratu multos etiā muni
 cos trahebat ad luctu sic
 bat luctus quocūq; trisie
 bat maia plorabat ipāpl
 orabant ambulantes cū
 illa plorabant nisi aduei
 entes obuia; ei sic itaq; du
 cit^r a ploratibus quousq; p
 uentuz est ad domū iohāis
 ibi resedit ibi pmanisit in do
 mo sua et iohes eā retinu
 it/et sicut mēz sua oī tor
 de amant. Sepulto dno
 a iudeis signatur est mon
 umētz/et tradit custodib/
 ut custodirent illud inter
 maria domi in domo iohāis
 sedebat aut dca iacebat/
 utiq; secur^r affirmo sede
 bat. et iacebat quia nimio
 dolore affecta ambulare
 nō poterat sine mag^r dif
 ficultate in domo iohāis
 plorans plorabat p die et
 noctem/nec erat qui poss^r
 eā consolari/ex omnibus ca
 ris eius nec sorores sue ne
 q; ipē iohes. Voluebat dolo
 ris lacrimas sup mortē xpī
 recolens i corde nimis ama
 ra passionis loca cūcta/et
 p omia mente currebat/
 et que passus fuerat in nō
 amicta voluebat mē claus
 confixuz ipā plorabat/atq;
 pios gemitus et pia suspi
 ra dabat/et nuc dulcem
 deū felle et aceto potatū

lancea iam mortuū nec nō
 latere p fossuz fuisse plorans
 clamabat atq; plorando di
 cebat ihu ihu o dulcis crea
 tor omi q; seua morte fact^r
 homo fusti pemptus/quez
 terra pontus aer nō possūt
 cup^{er} celū cupiūt antra nūc
 arda busta sepulcri. **O** q; ne
 q; vice reddidit in hūana
 p pago iacet filius me^r sepul
 tus in misere mortis sepule
 ad terrā venit deus anta
 mea phemis sibi corpus
 sumēs humane fragilitat/
 ad terras venit nec est re
 ceptus a suis/aduersus euz
 semp machinati sūt maluz/
 illū scuit herodes rex iude
 or/et nullo omis iohānia
 simul i puuluz pendentz
 adhuc ad ubera mris. **D**e
 hinc vir sanctus cū dabat
 verba salutis rūpens qz
 vota cū libz infirmitatis
 omis egrotos sanās ab oī
 languore mortuos resusci
 tans a crudelissā morte/
 passus infidias a multis fi
 lijs iudeoz scribis pncipib/
 et phariseis sibi nūc adul
 timuz machinatib^r maluz/
 et morte; sicut pns dies
 cūctis demōstrat aperte. **O**
 dnā glorie/o regna leti
 ce/fons pietatis.vena mi
 serordie sanctitatis ubertat
 iocūdinitatis. amēntas/o splē
 dor reli/o angeloz dnā/o
 sanctoz letitā/o felix a be
 ata/o virgīnuz gematibi
 dnā mra/et aīas nras vi
 taz nraz et morte; et re
 surrectōnez nraz tibi rom

nō

nō

27
mendam. Tu sis benedicta
in eternum et ultimum ihesu
filio tuo qui cum deo patre et spiritu
sancto vivit et regnat deus
dictus per omnia secula seculorum.
Item fulgentius de nativitate
domini dicit. Primum homo de terra ter-
renus secundus homo de celo cele-
stis. Primum hominem in licet corru-
pta mente concepit secundum hominem.
virgo incorrupta virginitate
concepit. In prima hominis con-
ceptio nequitia dyaboli sedu-
ctus depuavit mentem. In se-
cundi autem hominis in re gratia
dei et mentem integram conser-
vavit et mentem contulit fidei.
carne abstulit omnem libidinem.
quoniam igitur miserabiliter per pec-
catis damnatus est homo. Ideo
sine peccato mirabiliter natus est
deus homo. Attendite fratres
medianaalis gratie lineas. di-
vina nobis benignitate mon-
strata. tunc ad eam malus an-
gelus accessit. ut per eam homo
quem deus fecerat a deo se-
pararetur. Tunc autem ad ma-
riam bonus angelus accessit.
ut in ea humane nature dei
virginitas videretur et venit
ad eam angelus nequaquam
vita nobis. malignus aufer-
ret. venit ad mariam gabri-
el ut vitam redderet hominibus
nunciat per primum hominis culpam.
cepit dyabolus dominari.
per secundum hominem gratiam cepit ab
hominem superari per primum superbum.
sub secundo captus per illum nos in-
pertos tenuit per istum nos lib-
eratos amisit. primum adam no-
bis auctor extitit culpe. no-
uissimum adam nobis dator

extitit gratia. ille de limo plasma-
tus terrenus protulit. iste de
spiritu sancto natus celestes efficit.
per illum perdidimus gratiam priorem.
per istum recepimus ampliore.
ille quippe nobis intulit per-
tanti maculam. cui qua nascere
non ad supplicium. iste nobis
tulit iustificationis gratiam ut
renasceremur ad regnum pul-
crum. nos filios seculi. quanto
carnalis efficit per istum nos
filios dei. quanto spiritualis
exhibuit. ille per viam dicitur.
quo primum cecidit. iste nos
per virtutes elevat. quo se-
cundus ascendit. ille quip-
pe primum cecidit ad infernum.
iste secundus conscendit in
celum. Ante rem fratres dignum est
ut die quoque dominice resur-
rectionis solemniter audiamus.
vinctum enim deus sicut per
nobis secundum carnem dignatus est
mori. ille quippe dies visita-
tionis est. iste redemptionis.
opus enim gratia. qua nos vir-
ginitus dei saluos fecit.
conceptus in utero cepit. primum
quod opus gratia. de sepulchro re-
suscitatus implevit. conceptus
in utero factus est princeps
mortis in resurrectione de
sepulchro fecit nos principes
vite sue. nunc itaque omnis dominus
adorum. ut sicut in isto die
gaudium suo tribuit populo.
ad illum quoque die omnis cum
gaudio et pace producat.
populum quod suum cum fide et caritate
custodiat. amen.
Item augustinus de annuntiatione di-
cit. Dicit maria habui in-
gredientem et egredientem

deus
natus
pro nobis

ihm) i palacio ventris filius
 impatoris (et de manibus
 meis. no amisi clauē regni
 pudoris/ porta facta suz re
 liuana facta suz filio dei illa
 porta fuit clausa/ quā in visi
 one diuina. ezechiel vidit
 ppheta) i me dicit ppheta
 vidi portā in domo dñi cla
 usa/ et dixit ad me angel⁹
 porta hec quā vides/ no ap
 et. et hō no trāsibit p eam/
 et clausa erit in eternū/ mi
 rabilis pphete visio/ si mira
 bilior pphete impleo/ qd
 em est porta in domo dñi
 clausa/ nisi qz maria sp̄ eut
 itada. Et quid est homo no
 trāsibit p eam/ et quid est qd
 mm⁹ solus intrat et egredi
 tur p eam/ nisi qz sp̄s sanct⁹
 ipregnauit eam/ et quid ē
 clausa erit i eternū/ nisi qz ē
 maria virgo. ante partū. v
 go in partu. virgo post partū.
 dicat g^o maria/ porta facta
 sum celiana facta su filio
 dei/ illi facta sum ianua clau
 sa/ qui post suā resurrexerit/
 ingressus est p hostia clausa/
 p quā egressus est paruus/
 ad suos crucifixos/ ad di
 scipulos autē suos/ clauso
 cenaculo/ hosti ingressus ē
 clausa/ qz natus de meo vē
 tre/ me mēz dimisit ita
 ctū. Adimpleuit ventres
 meū diuinitate/ et uter me
 us no euacuauit castitate/
 exiit de ventre meo. gignē
 teo cursu magnificus/ et vē
 ter me⁹ no est pudore eua
 cuat⁹/ nec i conceptione iue
 ta suz sine pudore/ nec i ptu

rione inuenta suz cū dolōe/
 o mira et laudabilis mī fe
 minas/ i qua ab angelo salu
 tat⁹ virginitas sola ipregna
 tur a nec euacuata qz sic ē
 ab angelo salutata. **D**ue m
 aria grā plena dñs tenūse
 lix umbilicus castitatis/ quē
 amplexus no tenet/ mari
 talis/ cōsidere cōceptū tuū o
 beata virgo et cōtemisco/
 adoro filius tuū et expaue
 sco/ mtuo eor partū et re
 uisco).

Quoz aug⁹ sup titulo psalmi
 lxx. dicit psalmi ist. quos
 cantam/ ante qd dñs n^r ih
 ihus xpc natus esset ex v^gine
 maria/ spū dei dictate/ dicti
 et cōscripti sunt/ fuit em da
 uid rex iudeoz gente/ que
 gens colebat vnu deū/ qui
 fecit celū et terrā/ mare et
 omnia que i eis sunt/ que vi
 dent⁹/ cetera autē gētes/ aut
 v^gola colebant. que manibus
 fecerūt/ suis/ aut a creatura
 dei/ no ipm a creatore/ id est. a
 aut soles/ aut lunā. aut stel
 las. aut mare. aut montes.
 aut arbores/ hec em oia fecit/
 et laudari se vult i illis/ no
 illa vult coli pro se/ g^o in ipa
 gente iudeoz/ dauid rex iu
 deoz fuit/ de cui⁹ semine natus
 est. dñs n^r ihus xpc/ de maria
 virgine/ qz de illa dicebat
 gen⁹ virgo maria/ q̄ peperit
 xpm/ et dicti sunt g^o illi psal
 mi. et pphetabat i eis xpc vē
 tur⁹/ post multos ānos/ et di
